



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Canones de Sacramento Ordinis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

## De Sacramento Ordinis.

## CANON I.

Si quis dixerit, non esse in nouo Testamento sacerdotium visibile & externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum corpus, & sanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi, sed officium tantum, & nudum ministerium predicandi Euangelium, vel eos, qui non predicant, prorsus non esse sacerdotes: anathema sit.

## CANON II.

Si quis dixerit, præter sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, & maiores, & minores, per quos, velut per gradus quoslibet, in sacerdotium tēdatur: anathema sit.

## CANON III.

Si quis dixerit, ordinem, siue sacram Ordinationē non esse verè & propriè Sacramentū, à Christo Domino institutū, vel esse siquēdam quoddam humanum, excogitatum à viris reu ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritū quendum eligendi ministros verbi Dei, & Sacramentorum: anathema sit.

## CANON IV.

Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum; ac proinde frustra Episcopos dicere: Accipe Spiritum sanctum; aut per eam non imprimi characterem, vel eū, qui Sacerdos semel fuit, a laicum rursus fieri posse: anathema sit.

a 8. To-  
let. cap. 7.

CA-

## CANON V.

*Si quis dixerit sacramentum unctionem, qua Ecclesia in sancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed condemnandam, & pernitiosam similiter & alias Ordinis ceremonias: anathema sit.*

## CANON VI.

*Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam diuina Ordinatione institutam, que constat ex Episcopis, Presbyteris, & ministris: anathema sit.*

## CANON VII.

*Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi; vel eam quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; vel Ordines ab ipsis collatos sine populi, vel potestatis secularis consensu, aut vocatione, irritos esse; aut eos, qui nec ab ecclesiastica & canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & Sacramentorum ministros: anathema sit.*

## CANON VIII.

*Si quis dixerit, Episcopos, qui auctoritate Rom. Pontificis assumuntur, non esse legitimos, & veros Episcopos, sed figmentum humanum: anathema sit.*

## Decretum de Reformatione.

**E**adem sacrosancta Tridentina Synodus, reformationis materiam prosequens, hæc